

incip. *Inter illustria*, § 14. Hinc expectativæ coadjutoria, vel mandata de providendo, sine consensu magni magistri obtenta, nulla declarantur; idem ibid.

(95. Commendarum resignationes acceptare potest magnus magister; ac etiam reservare pensiones super illis perpetuas, et ad successores transitorias; idem ibid. § 15, solis tamen militibus hujusmodi pensiones reservari possunt; idem ibid. § 16.

(96. Hierosolymitani ordinis tum spiritua- lia, tum temporalia privilegia, ac statuta nunc vigentia sunt confirmata a Bened. XIV, const. incip. *Inter illustria*, § 1. Ordo idem, res, et personæ sunt immediate S. sedi subditæ; idem ibid. § 2. Ideoque sunt ab episcoporum, archiepiscoporum, et aliorum quorumcunque jurisdictione exemptæ; idem ibid. § 3. (97. Novæ domus, et præceptor- riæ erigi possunt, irrequisitis locorum ordi- nariis; idem ibid. § 4. Præsentati ad paro- chiales, aliasque ordinis ecclesias, sine ulla exactione sunt ab ordinariis instituendi; idem ibid. § 5. (98. Fratres capellani, extra tempora, et a quocunque catholico antistite ordines suscipere possunt; idem § 7. Idem non obstante contraria consuetudine, in ec- clesiis et beneficiis ordini adnexis deputantur, ac renovantur a magno magistro; idem ibid. § 17 (38).

(99. Bona ipsius religionis a quibuscunque decimis, aliisque oneribus ecclesiasticis, ac etiam laicalibus sunt exempta. Patrimonialia vero militum ab oneribus communitativis. Idem ibid. § 7 et 8. (100. Jura, proventus, responsiones omnes indiscriminatim communi ærario præstari jubentur abrogatis contrariis quibuscunque privilegiis; idem ibidem § 12. (101. Alienatio bonorum religionis inconsulto magno magistro facta, est nulla; idem ibidem, § 13 (39).

## HISTORIA HISTORICUS.

### SUMMARIUM.

1. Historia unde sit dicta. — 2. Historia quæ sit. — 3. Quatuor sunt species historiæ, quæ assignantur.

(38) Clementis XI, 30 Maii 1704, concesserat, ut fratres cappellani conventuales S. Joannis, loco superpellicei et mozzettæ nigri coloris, rochetum album cum suis manicis, et mozzettam violaceam cum alba cruce in sacris ubique peragendis perpetuo deferrent. Sed Benedictus XIV illis præterea indulsit cappam magnam rubri coloris cum pellibus armellinis. (EDIT. BARBIELL.)

(39) Habet clerus S. Joannis peculiare aliquot ritus de quibus Paciaudius eruditissime agit l. c. diss. 9, cap. 5 et sequentibus omnino dignis, quæ legantur. (EDIT. BARBIELL.)

(40) Questionem magni momenti, ac satis curiosam proponit, atque accurate expendit P. Andreucis, Hierarch. eccl. lib. 1, tract. 4, de cardinali regulari professo ex ordine militari S. Joannis Hierosolymitani, p. 219 seq. Ea est an sicuti alii religiosi cardinales non solum tenentur ad tria vota substantialis religionis, sed etiam ex S. Thoma 2-2. q. 185, art. 8, ad ea, quæ peculiariter sunt sui instituti, saltem ex honestate, et quatenus pontificali, seu cardinalitio officio non repugnant; ita etiam cardinalis ex ordine militari S. Joannis teneatur, aut saltem possit observare, quæ sunt sui ordinis propria, id

### ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(102. Sunt utique equites Hierosolymitani vere religiosi, ut ait Auctor, num. 3, et sic ratione voti paupertatis, quidquid undequaque acquirunt, non sibi, sed religioni acquirunt.

(103. At cum iis non eodemmet rigore procedendum est qui in subjecta materia servatur in alios religiosos; animadversione enim dignum est, (104. quod ipsi vitam ut plurimum ducunt extra claustra in privatis domibus, debentque sibi comparare omnia quæ necessaria sunt ad propriæ nobilitatis gradum, atque ipsius inclyti Hierosolymitani ordinis dignitatem.

(105. Atque hinc est, quod (ut ait Rota in Romana nullitatis contractus 25 Februarii 1753, coram clar. mem. Matthæio): «Ex necessaria quadam eorum instituti tolerantia, sive tacite superiorum permissione per inveteratam consuetudinem inducta, atque ejusdem religionis statutis comprobata pro hujusmodi effectu sub imagine cujusdam domini quasi opportuna gaudent administratione reddituum ex prædictis bonis provenientium, liberoque perfruuntur propriorum quæstum, et pecuniarum usu, adeo ut sacra ipsa religione, penes quam vere residet dominium, ac proprietas, sciente et patiente, complures valeant inire contractus, aliaque omnia gerere, quæ exigit hujusmodi vivendi ratio eorum conditioni conveniens.»

(106. Qua de ratione jure optimo sacrum tribunal Rotæ in mox allegata decisione validum dijudicavit contractum census vitalitii a paupere equite Hierosolymitano initum, ut sibi in futurum prospiceret. Cæterum si agatur de equite Hierosolymitano, cui congrua sustentatio haud desit, contractus a nullitatis vitio excusari nequit (40).

— 4. Geographia quid sit, et quæ ejus partes, ad numer. 5. — 6. Chronologia quid sit. — 7. Historia in quo differat a chronologia. — 8. Genealogia quid

est militiæ vacare, exercitus ducere, classi præesse, imo etiam, si opus sit, propria manu pugnare? Censet autem dictus ille theologus 1, non posse hujusmodi cardinalem, ut qui ad statum clericalem translatus sit, ista ordinarie ac per se loquendo præstare; 2. posse tamen sæpius, si nempe id exigat bonum commune christianæ reipublicæ, et fidei, aut etiam agatur de obtinenda victoria, a qua pax reipublicæ, fideique progressus non leviter pendeat; attentæ præsertim singulari utilitate, et idoneitate, quæ in hoc cardinali bellis contra infideles, et barbaros assueto, et speciali suæ vocationis gratia munito sumi jure potest sive defensionem christianorum, sive ad depressionem infidelium; 3. ad id etiam teneri aliquando, nimirum si summi Pontificis præceptum detur de bello pio ac religioso ineundo, aut talis necessitas concurrat, ut sine talis cardinalis opera, præfectura militiæ, ac pugna res christianorum publica in maximum discrimen vocaretur. Quæ omnia rationibus ex theologia petitis, exemplis non paucis superiorum ætatum ostendit, nihilque eorum præterit, quæ pro adversa parte afferre quis posset. (EDIT. BARBIELL.)

sit. — 9. Annales quid sint. — 10. In quo distinguantur annales ab historia. — 11. Historia alia est sacra et quæ? alia profana et quæ? alia civilis et quæ? alia mixta et quæ sit? — 12. Historiæ primi inventores qui fuerint. — 13. Historia ex quo adinventâ maximæ semper fuit utilitatis. — 14. Quid in Historia, quid in Historico principaliter requiratur. — 15. Historicis, præsertim antiquis, et classicis omnis præstanda est fides. — 16. An etiam sit eis præstanda fides; et ad vim probationis, et adminiculi admittendi sint in causis beatificationis, et canonizationis? Et assignantur ad id quatuor gradus Historicorum ad n. 20. — 21. In causis præcedentibus per viam casus excepti virtutes, et martyrium plene comprobantur ex historicis, sed primi tantum, et secundi gradus. — 22. In causis vero præcedentibus per viam non cultus, virtutes, et martyrium non bene probantur ex dictis historicis, sed habent in his causis solam vim adminiculi. — 23. Historiæ de virtutibus et martyrio non sunt contemnendæ, etiamsi in eis insertæ sint aliquæ conciones in encomium sanctorum ab ipsis sanctis non habitæ. Et etiamsi unus, vel alter error in eis inveniatur, dummodo earum auctores probi sint, et fide digni. — 24. Histo-

(1. Historia dicta est a verbo græco, quod latine idem importat ac spectare, seu videre, ita ut Historia sit visa res, atque spectata, et exinde, uti est gesta, narrata; Budæus in Commentariis græcis. Unde Historia proprie est earum rerum, quibus gerendis interfuerit is qui eas narrat, ut advertit Calvinus in suo magno Lexico t. I, verb. *Historia*.

(2. Historia igitur, quæ græca est dictio significans repositionem, sive seriem rerum gestarum definitur quod sit rerum gestarum cum laude, aut vituperatione narratio, quæ magnarum rerum consilia, actiones, exitus regumque, ac magnorum virorum cum temporum, ac locorum ordine, et descriptione tanquam viva quædam pictura, ante oculos exponit. Sic apud Beyerlinck in magno Theatro vitæ humanæ tom. IV, verb. *Historia*.

(3. Quatuor sunt species Historiæ: vel enim de locis est, ut geographia; vel de temporibus, ut chronologia, vel de generatione, ut genealogia; vel de gestis, ut annales, Historiæque cæteræ. (4. Geographia est ars dimetiendi ac describendi orbem terraqueum, ejusdem superficiem habitatum et habitabilem. Illius partes sunt *hydrographia*, quæ marium, et insularum descriptionem exhibet. (5. *Chorographia*, quæ in particularium tantummodo regionum, regnorum scilicet, et provinciarum descriptione versatur; et *topographia*, quæ singularium duntaxat locorum, nempe unius civitatis, villæ, vel pagi descriptione contenta est. (6. Chronologia est ars, quæ certis notis, et indicibus præteritarum rerum memoriam suis temporibus assignat; unde, ut advertit Scaliger, in Prolegom. in Eusebium: «Chronologia

(41) Nec geographia, nec chronologia, nec genealogia species historiæ sunt, sed subsidia potius, et instrumenta historici. (EDIT. BARBIELL.)

(42) Miror non fuisse hic ab Auctore commemoratam Historiam litterariam. Hæc enim præterquam quod nobilissima est, ut quæ humani ingenii historia merito dici debeat, gravissimis patet difficultatibus. Vide, quæso, quantalâ historiæ litterariæ pars est pontificiorum archiatrorum historia! Ut tamen Mandosii de hoc argumento librum emendaret, ac cum

rici probant, nec unus dicitur alteri contrarius, licet sint ejusdem ætatis, et unus ex his referat id quod non refertur ab alio. — 25. Historico posterioris ævi si aliquid referat, de quo tacuerunt omnes alii antiquiores, et classici historici, nulla est præstanda fides. — 26. Et a fortiori nulla est præstanda fides historico asserenti aliquid, de quo inter alios historicos est communiter receptum contrarium. — 27. Historicus rationaliter attemperari prorsus debet in animi affectionibus amoris, et odii. — 28. Historicus ne leviter etiam semel mentiri debet. — 29. Historico abs re facta, et auctoritates mutilanti, vel documenta sibi reticenti nulla est fides. — 30. Historico coevo magis standum est, quam non coevo. — 31. Historicum critica maxime decet, si christiane fiat. — 32. An et quæ in dubium ab historico ponenda vel neganda. — 33. Licet sola facti possibilitas ad factum astruendum haud valeat, sufficit tamen gravis auctoritas, vel accurata experientia. — 34. Quæ sint in factis historiæ credentis præcipue attendenda. — 35. Opera genuina, et authentica a falsis, ac supposititiis per quinque potissimum capita discerni possunt, et assignantur. — 36. De fide in judicio habenda Historicis. Remissive.

anima Historiæ est, sine qua Historia non spirat, quæ quanto multis scriptis tanto Chronologia illi præstat, ut corpori anima. » (7. Hinc patet discrimen maximum Historiæ a Chronologia, quandoquidem ut recte notat doctissimus Petavius, Rat. temporum, part. II, lib. II, cap. 1. «Illa simplici rerum gestarum ordine contenta est, nec annorum singulorum exactam rationem instituit; hæc annos ipsos quoad licet, annorumque partes quibusdam notis, ac vestigiis assequitur.» (8. Genealogia, id est sermo de origine generationis, est continuata, gradatim facta ab origine familiarum, ac personarum descriptio, monumentis, ac litteris tradita (41). (9. Annales libri sunt in quibus antiqua gesta, atque acta per singulos annos conscripta referuntur. (10. Annales autem ab Historia distinguuntur, quod illa proprie res suorum temporum gestas, quas auctor vel vidit, vel potuit videre, pertractet; neque tantum quid gestum sit, sed et qua ratione, quove consilio, indicet; Annalium vero Scriptor res antiquas ut plurimum, quas sua non novit ætas, easdemque per annos singulos monumentis commendat. Ita Baronius tom. I Annal. in Præfatione pag. 2, litt. B. ex Gell. lib. VI, cap. 18. et Isidor. Orig. lib. I, in fine.

(11. Historia alia est sacra, quæ gesta atque acta sacra describit; alia profana, quæ gesta, atque acta profana commemorat; alia civilis, quæ in regnis, provinciis, ac civitatibus gesta atque acta reportat; alia ecclesiastica, quæ in Ecclesia gesta atque acta recenset, et alia mixta, quæ gesta atque acta, tum sacra, tum profana, tum ecclesiastica, tum civilia complectitur (42).

prætermisiss ab eo quam plurimis archiatris, tum illorum, quorum hic Auctor meminerat, monumentis auget, atque illustraret, quanto labore opus fuit et Vaticani archivii præfecto Cajetano Marinio, in quot arduas disquisitiones delabi debuit, quot consulere rarissimos omnium fere gentium libros, quot mss. codices evolvere, quot vetera instrumenta conferre! Discant hinc qui se se beatissimos doctissimosque existimant, si quod ipsis erratum adnotare forte contingat in Apostoli Zenii, Mazzuchelli, Mar-

(12. Quinam Historiæ primi fuerint inventores non satis constat; Plinius enim, lib. VII, dicit quod Cadmus Milesius primus omnium Historiam condidit; Joseph autem in I Antiquitatum volum. eum apud Græcos duntaxat primum Historias scripsisse tradit multo juniorem Moysæ; nam verisimilius est, antiquissimos Hebræorum, qui sacros libros scripserant, Historias primos condidisse (43); vel Ægyptiorum sacerdotes, sicut ipse Josephus in primo contra Appionem sentire videtur; Euseb. l. X et XI Præparat. evangelicæ (44). Xenophontem, Grylli filium, Socratis auditorem primum ex philosophis Historiam scripsisse de rebus Græcorum tradit Laertius lib. II. Ante Saturni in Italiam adventum nullum Historiæ cultorem fuisse, sed solum postquam is rudem populum in unum collegit, Historiam communiter invaluisse refert Macrobius lib. I Saturnalium, c. 8, apud Beyerlinck l. cit., verb. *Historia*; ubi præcipuos in omni natione Historicos, ac in omni materia scriptores abunde recenset (45).

(13. Historia, ex quo adinventata fuit maximam semper suis cultoribus utilitatem subministravit; ipsius enim lectio juniores antiquioribus æquavit, natu majores rerum experientia ditavit, privatos viros imperio dignos effecit, et quotquot in orbe quovis in genere fuere heroes, ipsa constituit, ac efformavit; et, ut summam dicam, omnium rerum series, quibus hominum utilitas, ac gloria paratur, historiæ tribui debet: unde ipsamet apud Beyerlinck loc. cit., hæc poetica sibi carmina canit:

Illa ego, quæ gestis præsum custodia rebus;  
Digero quod caveas, quodque sequaris iter.  
Priscæque ne veteris vaneat gloria sæcli,  
Vivida defensat quæ monumenta damus,  
Et sua virtuti per me sunt præmia rursum,  
Impia famosis defero facta notis.  
Eloquor, et summi quantum jactatur, et imi,  
Eloquor, et cæcæ fasque, nefasque deæ.  
Quod majus theatrum, Circusque capaciore, aut quæ  
Doctior humanas scena referre vices?  
Me sine quis prudens? Unde experientia major?  
Quis me adit tandem, non mage doctus eat?

chionis, Maffei, Tiraboschii, aliorumque hujusmodi summorum virorum de re litteraria commentariis, nullam historiæ partem quæ vel bonarum disciplinarum, vel litteratorum hominum historia salebrosior sit, et errandi periculis obnoxior. Omnis tamen labor qui ad aliquam hujus scientiæ partem adhibeatur, insigni quæ in omnem rempublicam sive sacram, sive profanam dimanat utilitate abunde compensabitur. (EDIT. BARB.)

(43) Confer Vossium, de Histor. Græc. lib. I, cap. 1. Moysen vero omnibus quos novimus, Scriptoribus antiquiorem esse multis veterum testimoniis ostenderunt Huetius Demonstr. evang. prop. 4, cap. 2, et Jaquelotius de Existentiâ Dei diss. 1, cap. 25, ac dissert. 3, cap. 4, seq. ut alios omittam, quos indicatos habes ab eruditissimo Alphonso Nicolai, Diss. in sacr. Scrip. l. I, diss. 5, p. 128, seq. Florent. edit. (EDIT. BARB.)

(44) Phœniciam historiam Sanconiathon scripsit, qui vel Gedeonis temporibus vixit, vel paulo serius, ut ex Cl. Fourmont assertit idem Nicolai diss. 3. Nonnisi, hujus historiæ, quam Hadriano imperante

Omnis enim nostro pendet prudentia sensu,  
Riteque nil, nostra qui caret arte, sapit.

(14. Quid in Historia, quid in Historico principaliter requiratur, satis erudite et docte ostendit Halicarnassæus apud Beyerlinck loc. cit., his verbis: « Historicam narrationem perpetuo veluti filo ductam colligatam oportet esse, præsertim ubi res exponantur, et multæ, et hujusmodi, quæ cognosci ac percipi non facile queant. » Sic Halicarnassæus cap. 10 de Judicio historiæ Thucydidis. Et mox: « Historiæ disponendæ laus non minima in eo sita est, si et principium, quo non aliud sit prius, capiatur et eo fine, cui nihil videatur deesse, comprehensa narratio videatur; » id. ib. c. 11. Deinde ad officia scriptoris Historiæ descendens, ait: « Primum officium esse puto, et id vel maxime omnibus necessarium, qui res gestas litterarum monumentis tradere cupiunt, ut ab oblivionis injuriis vindicentur, materiam seligere speciosam, et jucundam, ac eam, quæ animos legentium voluptate afficiat, atque alluciat; quod Herodotus mea quidem sententia melius vidisse, et expressisse videtur, quam Thucydides; ille enim Græcorum et barbarorum Historiam integram scripsit, et apte disposuit; Thucydides autem unum tantum modo bellum, nec fortunatum, unde potius silentio prætereundum, quam posterorum memoriæ relinquendum, confuse descripsit. Est enim Historici etiam officium caute considerare, quæ res illi in Historiam referendæ, quæ silentio prætereundæ sint, et omnia rite in partes disponere, ac unumquodque eorum, quæ referuntur, suo loco apte disponere. Et tandem talis debet esse Historicus, ut omni metu careat, nullius muneribus, aut commendatitiis corruptatur; nihil amicitia tribuens, æqualis judex, ac benevolus omnibus, ita ut alterutri plus æquo nihil tribuat, sinceræ veritatis amator liber sit, ac nulli regi subiectus, peregrinus in libris, patria carens, suis legibus vivens; non quid huic, illive sit placitum, aut displiciturum cogitans, sed id, quod revera actum sit fideliter, ac veridice exponens; cum præcipuè Historicorum partes sint, falsum non dicere, ve-

Philo in Græcum verterat, fragmentum superest apud Eusebium, Præp. evang. l. I, cap. 9. Vel hinc facile colligas non posse Græcos de suorum antiquitate gloriari, si cum Phœnicibus comparentur, cum Sanconiathon suam paulo post Trojanum bellum historiam texerit. (EDIT. BARBIELL.)

(45) Sæculo elapso poterat Beyerlinck tuto citari; vix erit hoc sæculo, qui Theatrum vitæ humanæ laudari audiens fere non rideat. Si quis ergo præcipuos in omni natione historicos nosse velit, quin ad Beyerlinckii Theatrum confugiat; auctor sum, ut Gerardi Joannis Vossii libros IV, de Historicis Græcis et tres de Historicis Latinis libros cum duobus dissertationum Vossianarum ab Apostolo Zenio Venetiis a. 1752 editarum voluminibus diligenter pervolvat, nec omittat Martini Hanteni libros duos, alterum de Romanarum rerum Scriptoribus, Lipsiæ 1589; alterum de Byzantinarum rerum Scriptoribus Græcis, ibid. 1677. Consulat deinde Bibliothecam historicam selectam a Burchardo Gottelfio Struvio delineatam, et copiose a Christiano Gottlieb. Budero locupletatam lenæ 1740. (EDIT. BARB.)

rum non abscondere; ac suspicionem, vel simultatem evitare. Historia enim a Cicerone lib. II de Orat. vocatur testis temporum, vitæ memoria, magistra lucis, nuntia veritatis. Et jam quid congruat Historiæ auctori breviter fuerat traditum l. II Machab., c. II. Vide ib. (46).

(15. Historicis, præsertim antiquis, et classicis, omnis præstanda est fides; communis, et colligitur tum ex Sacra Scriptura, tum ex utroque jure, tam civili quam canonico; et Sacra Scriptura pluribus in locis habetur digna Historiarum commemoratio, ad denotandum, quod sit ipsis fides adhibenda. Exod. c. XVII, num. 14, ibi: *Dixit autem Dominus ad Moysen, scribe hoc ad monumentum et trade auribus Josue. Deuteronom. cap. XXXI, num. 9, ibi: Scripsit itaque Moyses Legem hanc et tradidit eam sacerdotibus filii Levi, qui portabant arcam fœderis Domini, et cunctis senioribus Israel. Jeremiæ cap. XXXVI, n. 2, ibi: Tolle volumen libri, ut scribas in eo omnia verba quæ locutus sum tibi; et fere idem ibid., n. 28. Esther cap. II, num. 23, ibi: Mandatumque est Historiis, et Annalibus traditum coram rege, et cap. VI, num. 1, ibi: Jussitque sibi afferri Historias, et Annales priorum temporum quæ cum illo præsentem legerentur; et cap. IX, num. 32, ubi præceptum fuit Judæis, ut multa a Mardocheo, et Esther constituta observarent, et omnia, quæ in libri hujus, qui vocatur Esther, Historia continentur, et cap. XVI, num. 7, ibi: Quæ res, et ex veteribus probatur historiis Esdræ l. I, cap. IV, num. 15, ibi: Misimus, et nuntiavi regi, ut recenseat in libris Historiarum patrum tuorum, et invenies scriptum in commentariis, et sciens, quoniam urbs illa urbs rebellis est et nocens regibus, provinciis, et bella concitantur in ea ex diebus antiquis, etc. Sic etiam regum Judæorum gesta solebant in chronicis describi, aliæque res memorabiles, ut ad posterorum eruditionem, et utilitatem deservirent, ut patet lib. III Reg., c. XIV et seq., lib. IV Reg., cap. VIII, cap. X, cap. XXI, cap. XXXIII, et Paralipom. lib. II, cap. II et cap. III, et sæpe alibi. Unde libr. II Machabæor cap. II, num. 25 et 26 habetur: « Considerantes enim multitudinem librorum, et difficultatem volentibus aggredi narrationes Historiarum propter multitudinem rerum, curavimus volentibus quidem legere, ut esset animi oblectatio, studiosis vero ut facilius possint memoriæ commendare, omnibus autem legentibus utilitas conferatur. » Ex jure canonico habetur in c. De quibus 3, dist. 20, c. Quamvis 3, dist. 21, cap. Valentinianus 3, ibi: Ut referat Historia ecclesiastica, dist. 63 et c. Adrianus 22, eadem dist. 63, deprompto ex Historia ecclesiastica, cap. Cum venisset 1, in fine, de sacra unctione, ibi: Tum propter Historiam; cap. Foras 10, de Verborum significatione, ibi: De qua Virgil. c. Cum apostolica sedes 7 de his quæ sunt a prelatibus, cap. Cum causam 15. De probationibus ubi probatio divisionis admittitur.*

(46) Præclaras in Ecclesiastica Historia conscribenda regulas sibi Fleuryus præstitit; sed ab illis quantum postea abscessit, Vid. cardinalis Orsi præfationem in suam Historiam Ecclesiasticam et Fleu-

titur per libros antiquos; c. Ad audientiam 13 de præscript. ubi fides adhibetur antiquis libris censualibus. Ex jure civili in l. Brevis 1, ff. de Officio præfecti prætorio. A quibusdam scriptoribus traditum est: leg. Necessarium 2, ff. de Origine juris; l. Origo 1, de Offic. quæstoris, l. Census 10, ff. de Probationibus. l. Antiqui 3, ff. Si pars hereditatis petatur; l. Si pars 36, ff. de Solutionibus, l. Corpora 1, ff. de Cadaveribus punitor. cum similibus. Et Rota recent. par. VIII, dec. 76, numer. 11 et seqq. 10, dec. 229, num. 5, p. XIV, dec. 424, num. 5, p. 18; tom. I, dec. 34, n. 18, dec. 193, n. 379, n. 19, ac sæpissime alibi.

(16. An autem Historicis sit etiam præstanda fides, et ad vim probationis vel administrandi admittendi sint in causis beatificationis et canonizationis? omnino videndus est undequaque olim eminentissimus card. de Lambertinis, postea jure merito Summus Pontifex sub nomine Benedicti XIV, qui t. III, cap. 8, sui veri aurei Operis de beatificatione servorum Dei, et canonizatione sanctorum, egregie suo more totam rem tractat, et quoad hoc Historicos in quatuor gradus distinguit, et quoad omnes clarissime ac solidissime ostendit quinam ex ipsis ad vim probationis, vel administrandi admittendi sint in supradictis causis.

(17. Primus igitur gradus, inquit, est Historicorum, qui litteris tradiderunt ea quibus interfuerunt, vel quæ geri viderunt; et si probi fuerint, ac prudentes, et ideo fide digni, primum fidei, et auctoritatis, ac probationis pondus constituunt. Sic ipse in cit. cap. 8, num. 8 et 9.

(18. Secundus gradus est eorum qui non viderunt ea quæ narrant, sed acceperunt ab iis qui viderunt; et hi quoque, si probi sint et prudentes, adeoque fide digni, primum fidei, et auctoritatis, ac probationis gradum constituunt. Idem ib. n. 8 et 9, sed major est auctoritas primorum quam secundorum. Ib. n. 10.

(19. Tertius gradus est eorum qui referunt ea quæ non viderunt, nec audierunt ab iis qui viderunt, sed ab iis quibus qui viderant, narraverunt; et hi fidem merentur, si sint viri probi ac prudentes, sed minor est eorum auctoritas, quam aliorum prædictorum. Idem ib., n. 10.

(20. Quartus gradus est eorum qui scripserunt ea quæ legerunt in aliis Historicis; et horum auctoritas erit solum tanta, quanta erit illorum, a quibus sua scripta desumpserunt. Idem ibidem, num. 10.

(21. Hinc recte concludit, quod in causis precedentibus per viam cultus excepti, ubi passim probationes subsidiariæ admittuntur, virtutes, et martyrium plene comprobantur ex Historicis, sed primi tantum, vel secundi gradus. Idem in cit. cap. 8, a num. 13 usque in finem.

(22. In causis vero precedentibus per viam non cultus, cum probatio constituenda sit rianæ Historiæ critice ab eruditissimo doctore Marchetto Romæ duobus tomis nuper evulgatam. (EDIT. BARB.)